

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Pontani De Immanitate

Pontano, Giovanni Gioviano

[S.l.], 1519

Vorwort

[urn:nbn:de:bsz:31-270824](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270824)

IACOBVS SPIEGEL IOANNI LVCAE RE-
gij aris in Germania, receptori generali No-
bili & Spectatae virtutis viro S.D.

Satis iam satis mihi tua Spectata est amicitia,
velq; hoc vnico claret, quod tu (qui iam multos
annos apud diuum Maximilianum Cæsarem
contriuisti) doctos & colis & foues; nihilq; a-
pud te antiquius per hos annos vnq; fuit q̄ cultæ doctri-
nae omnis fomentum. Hoc ego quum satis perspicio, ani-
mumq; tuum exactius perpendo, non possum non tibi
multum & tribuere & fauere, atq; etiam familiam tuā
suspiciere atq; amare plurimum, Cui fratris tui vterini Io
annis Siederi probissimi, grauissimi & eruditissimi viri Io, Sieder
inchoata opera memoriam extendissent, nisi immatura
morte interceptum lachrymis vna tecum eruditi omnes
sepeliuissent. Lugenda est enim mors eorum, qui poste-
ros cogitant, qui immortale aliquid parant, cum volu-
ptatibus dediti, quasi in diem viuant, viuendi causas quo-
tidie finiunt. Quanquam in libris abunde testimonij est
quam probe frater calluerit latine, quos nostratem in
linguam feliciter vertit. E quibus apud priuatos extant
hodie tres e Plutarchi vitis Maximiliano nuncupati, vt Maximilia-
nus Cæs,
præteream, quos, e Iosephi hebraei (qui diuo Hierony-
mo Græcus Liuius dictus est) atq; Christiani Cicero-
nis Lactantiij Firmiani libris, eadem felicitate germanis
auribus donauit. Tu vero fratri insistens vides bene ac-
tum apud te, dum aliquando rerum humanarum vo-

lubilitatem latinorum scriptorum lectione componis.
 Laus histo- Haud ignarus eam eruditionis partem vel præcipue cō-
 riæ ducere ad vitam cum laude degendam, vt quam rectis-
 Zeno Citi- sime quondam Zeno Citiensis, Qui felix quis fieri pos-
 ensis set rogatus, dixisse fertur ἐὶ συγγρηγοῖτο τοῖς νεκροῖς,
 Si in mortuos intendat, hoc est si maiorum gesta, si ve-
 Bias terum monumenta contueatur. Vulgata iam est Biantis
 apud Valerium maximum memoria, omnibus ereptis
 bonis temporalibus, atq; ijs, quæ tribuit fortuna per
 spatium breue possidenda, solum illa manent integra,
 quæ Deus acri infudit ingenio, hoc est virtus, humani-
 tas, doctrina, quas tibi vltq; adeo familiares ac veluti in-
 natas conspicio. Cæterum ijs perpenſis cogitavi, quo so-
 lum aliqua parte tibi gratificari liceret, cum abs te & plu-
 ribus & egregijs beneficijs affectus sim, nec eisdem pos-
 sum, vt animus ac voluntas foret, correspondere, arre-
 pto ad manus nuper Pontano de immanitate subito in-
 cepi exarare in hunc annotatiunculas quasdam, siue (vt
 Sig. Grym. alij) scholia, quæ vbi Sigismundus Grimmus Medicus
 eximius, vir item iuxta bonus & literatus, vt eius prelo
 Stabius excuderentur eruditissimo Stabio nostro amico moni-
 tore repetebat, tui illapsa est de repente memoria, Cui fa-
 cilem hunc laborem meum dedicarem, vt benevolentiam
 in te meam cum apud te tum apud omnes bonarum li-
 terarum studiosos contestarer, Quorum causam apud
 demortuum nuper principem feliciter non raro egisti.
 Carolus, v. Nec dubito, quin & apud designatum Romanorum Im-
 Cæsar. peratorem Regem Catholicum iidem doctos amatus

rus sis, ad quod te iterum iterumq; adhortor. Neq; em̄
vereor ne tute ipse libri inscriptione offendare, quasi nō
cunctis humanitas tua spectata existat. Suscipito igitur
Regie Receptor clarissime hunc Pontani de immanita-
te librum, meaq; in eum scholia grato (vt soles omnia) a-
nimo. Dignus enim est lectione, & propter materiam
quæ nullis adhuc a latinis scriptoribus attentata est, &
propter Authoris nomen, qui antiquitatem ita æmula-
tus est. vt non æquarit modo, sed prope calculo erudito-
rum superarit. Bene Vale. Augustæ, Calen. Octob.
Anno restitutæ salutis M.D.XIX.